



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quem ex praesentatis teneatur ordinarius instituetur. punct. 9

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

alium presentare; quia non est æquum potestate presentandi privari absque culpa. Teneatur tamen patronus probare diligentiam fecisse intra quadrimense pro exploranda aptitudine presentandi.

Idem ferè quod dictum est de patrono laico, dicendum est de Ecclesiastico. Hac differentia constituta, quod ipse facta semel presentatione variare non potest, nisi ab instituyente fuerit presentatus repulsus. Quapropter si intra semestre contigerit instituyente repellere presentatum, poterit patronus alium nominare, non obstante quod prius indignum nominaverit, ob eandem rationem, ac patronus laicus; quia non sibi, sed instituyente est commissa potestas explorandi aptitudinem presentandi; frustra enim exploratio aptitudinis ordinario instituyente commissa esset, si ipse patronus ante presentacionem teneretur id ipsum investigare. Neque ad huc hanc doctrinam procedit capit. cum in curatis, §. fin. de electione. Vbi eligentes indignum ad beneficia curata ( de iis enim loquitur text. ) pro illa vice privantur potestate eligendi; quia loquitur text. de electionibus, collatoribus, non de electione institutionem antecedente. Adde in beneficiis curatis non posse patronos Ecclesiasticos nominare, nisi ex approbatione ab ordinario. Non ergo potest esse in culpa indignum nominandi, cum non possit indignum nominare.

Solum video excipi posse à tota hac doctrina, si contingeret Episcopum esse patronum alicuius beneficii, & nominare clericum in hac diocesi institutum ab Episcopo alterius diocesis; quia tunc videtur obligatus nominare dignum; si quidem talis nominatus, vpotè subditus Episcopo, debet esse cognitus Episcopo ac proinde nominans indignum in culpa est. Quapropter non desunt graves doctores, qui censent in hoc casu non debere nominatum ab Episcopo examinari ab Episcopo instituyente, sed ipsam nominationem esse approbationem: sic relato Abbate in cap. significasti, de iure patron. docet Azor. 2. part. insti. lib. 6. c. 22. quest. 17.

PUNCTUM VIII.

Quem modum servare debent patroni in presentando cum plures sunt.

- 1. Antequam instituenti presentatio ostendatur, nulla est.
- 2. Omnes sunt vocandi.
- 3. Hac vocatio sufficit si per editum fiat.
- 4. Qualiter maior pars patronorum concurrere debet ad presentandum.

Clarum est, presentacionem à patrono factam firmam non esse, neque ius presentato ad beneficium conferre, quousque instituenti presentetur; quia hoc est de ratione presentacionis: & tradit Abbas, in c. ea nescitur, de his que sunt à patrono. Tutchus 1.6. lit. P. concl. 19. Garcia de beneficiis, 4. p. c. 1. n. 16. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 7. n. 12.

Dubium tamen est, an omnes patroni ad hanc presentacionem faciendam vocandi sint? Distinguunt communiter doctores inter presentacionem factam à pluribus per modum vnius, aut per modum plurium. Si plures presentent per modum vnius, hoc est quatenus vnum corpus commune efficiant, nempe quatenus componunt collegium, aliãve communitatem, tunc omnes vocandi sunt, ita ut si vnus qui possit vocari, spernatur, presentatio nulla est. argum. textus in cap. quod fecit cap. bone de electione. At si non per modum vnius, sed plurium ad presentandum concurrant, non debent omnes vocari; sed fit maerit presentatio, si à maiore parte patronorum fiat. Sic Ioann. Andr. in cap. quoniam, de iure patronat. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 11. Angel. eodem §. 21. Valquez opusc. de beneficiis, c. 2. §. 1. dub. 7. n. 18. Lesslib. 2. c. 34. dub. 8. n. 34.

Mihi dicendum videtur in utroque casu omnes vocandos esse, neque sine hac citatione valere presentacionem ab aliis factam: etiam si sit à maiori parte patronorum, quia nemo iure suo privandus est absque culpa; ac quilibet ex patronis habet ius presentandi intra tempus à iure sibi concessum, quem voluerit. Ergo in usum erit illam hoc iure privare absque vlla causa. Privaretur autem, si valida esset presentatio maioris partis patronorum, aliis patronis non presentantibus. Ergo dicendum est, nullam esse ratem presentacionem; sic relato Panorm. in c. quoniam, de iure patronat. n. 14. docet Azor. 2. part. insti. mor. l. 6. cap. 21. §. 21.

Hac vocatio non debet esse per citationem personalem, sed sufficit si edicta ab instituyente, seu ordinario publicentur de vacatione talis beneficii, ita ut in notitiam omnium patronorum possit devenire. Hac enim publicatione facta, in culpa erit patronus, si intra tempus præfixum non presentet sibi namque imputare debet, quod fuerit omisus. Non enim alij patroni ipsam repellunt, sed potius ipse seipsum repellit. Cum vero per modum vnius faciendâ sit presentatio, tunc omnes, quorum interest vocandi sunt, ut determinato tempore congregentur. Alias nulla erit talis nominatio, quia congregatio legitima non erit.

4. Sed inquirens, qua ratione maior pars patronorum concurrere debet ad presentandum? Respondeo, si presentatio faciendâ est ab aliqua communitate clarum est, maiorem partem illius communitatis concurrere debere. Alias non erit verum, communitatem illam presentare. At si presentatio non à communitate, sed à pluribus, ut singulis, & scorsim sumptis facta est, illa effectum habebit, quæ comparatione aliarum presentacionum maior fuerit. V. g. si duodecim sunt patroni, & quinque presentent Petrum, quatuor Franciscum, tres Ignatium, presentatio illorum quinque tenebit; quia esset non facta à maiore parte patronorum, computatis omnibus patronis; est tamen facta à maiore parte patronorum, quatenus presentacionem faciunt, seu comparatione aliarum presentacionum, hoc sufficit: sic Ioann. Andr. in cap. quoniam, de iure patronat. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 13. Azor. 2. part. lib. 7. cap. 21. quest. 20. Valquez opusc. de beneficiis, cap. §. 2. l. 1. dub. 7. num. 20.

PUNCTUM IX.

Quem ex presentatis teneatur ordinarius instituire.

- 1. Si ab vno patrono plures æquè digni presententur, potest Episcopus instituire quem voluerit.
- 2. Quid si presentati non sint æquè digni, plures negant obligatum esse digniorem eligere.
- 3. Probabilis est oppositum.
- 4. Si duo sint à diversis patronis nominati neque appareat excessus, offerunt plures posse alium certum institui. Contrarium est dicendum.
- 5. Quid si de factis illius rebus facta sit institutio? Probabilis est non valere.
- 6. Si laicus, & clericus Petrum presentant, & laicum etiam nominem, tamen si Ioannes dignior sit, non est institutus.

Ponimus plures esse presentatos siue ab vno patrono, siue à pluribus, & inquiremus, qui, debeat preferri?

Et quidem si ab vno patrono plures presententur æquè digni liberum est Episcopo instituire quem voluerit, ut explicet de cetero, cap. autem, cap. quod autem, cap. pastoralis de iure patronat. & notavit Glossa in c. decernimus, a. 6. q. 7. cum autem, de iure patronat. & multis relatis August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 7. n. 199.

At si presentati non æquè digni sunt, sed vnus alio nobiliter sit dignior, variant doctores, an teneatur Episcopus digniorem instituire: Ioann. Andr. Hostiens. Anton. Cardin. in cap. cum autem, de iure patronat. censent obligatum non esse digniorem eligere, sed sufficere si dignum eligat, & Speculator in c. de iure patronat. circa finem, inquit satis est, si malus non eligatur. Ratio esse potest: quia neque iure nature, neque iure positivo videtur obligatus ad electionem dignioris. Non iure nature: siquidem ex maiori, vel minori dignitate, non competit presentatis ius aliquod ad beneficium, nisi obligatus esset patronus digniorem eligere. Item dignitas presentati potest esse tanta, ut vinceret excessum presentacionis, quem alius competitorum habet: & proinde non teneatur Episcopus conferre semper beneficium ei, qui est à pluribus presentatus, sed potest illud conferre ei, qui à minori parte patronorum presentatus est, quia dignior est presentatus, quod est contra communitatem sententiam, ut tradit Glossa cap. 3. de iure patronat. verbo maioribus. Ioann. Gutierrez, lib. 2. canon. quest. cap. 11. num. 20. Lesslib. 2. cap. 34. dub. 8. num. 33. Ergo ex maiori, vel minori dignitate presentati non competit presentatis ius aliquod speciale ad beneficium. Ergo ex iure nature nulla est obligatio digniorem digno preferre. Ex iure autem positivo non apparet hæc obligatio. Nam esto in c. si foris 63. dist. dicatur Metropolitano iudicio preferendum esse, qui maioribus & studiis iuuantur, & merito, non de nominatione, sed de electione ad Episcopatum est sermo. Ergo in nominatione nullibi cauetur digniorem esse preferendum.

Nihilominus probabilis existimo stante plurium presentacione æquæ digniorem esse preferendum, sic Abbas in c. cum autem, de iure patronat. Roch. sr. de iure patronat. verbo honorificum, quest. 15. Greg. Lop. l. 5. tit. 15. p. 1. verbo digno Azor. 2. part. insti. mor. l. 6. c. 22. quest. 14. August. Barbosa 2. part. de potest. episc. alleg. 7. n. 200. Mouerit argum. deducit ex c. si foris 63. dist. cum præcipitur Metropolitano preferre electionem dignioris, non ob aliam rationem, nisi quia maxime decet, ut in æquali iure electionis præferatur is, qui Ecclesiæ utilior, & cõmunius est. Cum autem hoc in nominatione æquè procedat, idem debet affirmari.

Maior autem est difficultas, an si duo sint à diversis patronis presentati, neque in presentacione appareat excessus, possit Episcopus alium certum instituire? Affirmat Syluest. verbo ius patronatus, quest. 3. contentit Valq. opusc. de beneficiis, c. 2. dub. 5. sub num. 16. Azor. 2. part. insti. mor. lib. 6. c. 21. quest. 19. Lesslib. 2. c. 34. dub. 8. num. 33. Mouerit argum. quia nullo iure cogitur Episcopus instituire alterum ex presentatis.

DE CASUALI

feratis, cum patroni in presentando concordet non sunt.

Contra ius tamen videtur mihi dicendum. arg. c. si forte. 63. dist. ibi enim committitur in pari electione Metropolitanis iudicio digniorem preferre. & cauter non ordinatio fiat illius, qui non fuerit expostulatus. Ergo cum in electione non sit locus contemner electos, & alium non electum confirmare, neque etiam in nominatione debet fieri; eadem enim est in utroque ratio, scilicet ne populus beneficium non optatum contemnat, aut oderit.

Sed quid si de facto Episcopus non presentatum instituit? Respondeo probabiliter esse irritam esse institutionem. ex c. de cepimus. 16. quast. 7. ibi. Quod si spiritus eidem sancta oribus, vestros tibi dem presumpserit Episcopus ordinare. Et ordinationem suam irritam noverit esse. Et ad verecundiam suam alios in eorum loco quos iudem ipsi fundatores condignos elegerint ordinari. Neque obstat textus in cap. illud. de iure patronatus. ubi institutio facta sine presentatione illorum ad quos pertinebat, non dicitur irrita, sed irritanda. Quia factus titulus est in iure (sæpe verbum irritanda, pro declarandi irrita sumi) & notant alii relictis Azor. 1. p. inst. mor. lib. 6. cap. 2. quast. 8. Gonzalez ad reg. cancell. gloss. 56. num. 78. August. Barbosa 3. par. d. poreff. Episc. allegat. 7. num. 17. Gregor. Lop. eg. s. tit. 15. par. 1. num. 1. quæst. 2. de iure la. 2. glossa, content ex parte Lessius lib. 2. c. 34. dist. 9. n. 39. affirmans, si patronus se opponit collationi, n. a. tempus signatum ad presentandum, euanescit collationem, secus si non se opponit; quia tunc collatio absque presentatione facta confirmabitur, & manebit valida.

Quando autem duo sunt patroni; alter laicus, alter clericus, & uterque Petium presentatur; tamen si laicus alium digniorem presentet, non est instituendus secundus, quia inferior est in iure presentationis, cum solum à laico sit presentatus cumlativè, & Petrus sit presentatus à laico; & à clerico: sic Abbas in cap. cum autem. de iure patronatus. num. 4. Tiraquel. de iure primogen. q. 27. opin. 11. num. 5. August. Barbosa 3. p. de poreff. Episc. alleg. 7. num. 166. & 198. Neque obstat laicum mutare posse sententiam; & in beneficiorum collatione dignitatem beneficii maxime spectari, ob quas rationes tenet Lessius lib. 2. cap. 34. dist. 8. num. 32. posse in supradicto casu digniorem preferre; non inquam obstat; quia laicus (vt supra dictum est) non mutat sententiam reuocando priorem nominationem, sed nonam addendo, & æquale ius nominato coaccdat, ac concedit firma persistat, & æquale ius nominato coaccdat, ac concedit secunda, & insuper addatur prior nominationi Ecclesiastica nominatio; efficitur sanè priorem nominatum ius fortius habere; quia non ex dignitate nominati, sed ex nominatione ipsa ius acquiritur. Dignitas autem beneficii spectari maxime debet, quando in presentatione fuerit æqualitas; secus si inæqualitas intercedat.

PUNCTVM. X.

An Pontifex ius patronatus derogare possit, & quando hæc derogatio contingat.

- 1. Potest Pontifex cuilibet patronatus derogare, sed ex causa iusta.
- 2. Diversa causa requiritur pro patronatu laico, & Ecclesiastico.
- 3. Patronatus laico non censetur derogatum, nisi de derogatione expressè constet.
- 4. Non est censendus derogatus per clausulam generalem, qua omnia beneficia presentationis reservantur.
- 5. Secus patronatus Ecclesiasticus.
- 6. An si ius patronatus mixtum sit, derogetur sub derogatione cuiuscumque patronatus? Affirmant derogari plures. Contrarium est probabilius.
- 7. Ex parte nisi ex maiori parte Ecclesiasticum sit.
- 8. An per clausulam generalem derogetur ius patronatus competens ex privilegio? Affirmariud respondetur.
- 9. Cum beneficium est litigiosum in curia, an Pontifex possit illud providere absque derogatione iuris patronatus? Sub distinctione respondetur.

Extra sententia est, posse Pontificem cuilibet patronati sine Ecclesiastico, sine laico derogare. Quia cum ab ipso concessus sit, ab ipso potest fieri derogatio; sic post alios antiquiores, quos referunt Covarruias pract. quast. cap. 36. num. 1. Azorius 2. p. inst. moral. lib. 6. c. 23. q. 1. Lessius lib. 2. de iust. c. 34. dub. 9. num. 35. Gonzalez super reg. 8. Cancell. gloss. 18. num. 1. Valquez opuscul. de benef. cap. 2. §. 1. dub. 8.

Acquiritur tamen causa rationabilis, & iusta, & Ecclesie utilitatem respiciens, vt licita sit derogatio. Tum quia iuri alterius questio non est iustum absque causa derogate, neque Pontifex privilegia à se concessa tollere potest absque causa; quod maxime procedit in patronatu, fundatione, constructione, dotatione Ecclesie acquisito, quia tacite ob illius acquisitionem hæc facta sunt. Quapropter in Trident. sess. 23. cap. 9. de reform. prædictissime cauetur, cum patronatus Ecclesie alicui tol-

litur, vt restituatur ei, quæ in acquisitione talis iuris contrahitur. Pretendit ergo concilium nemini ius acquisitum tollere, nisi et plena satisfactio fiat. sic Azorius 2. p. inst. lib. 6. cap. 23. q. 1. Ve autem valida sit derogatio, nulla requiritur causa. Quia ea quæ ex voluntate Pontificis conceduntur, ipso contradicente cessant. Semper tamen presumi debet causam legitimam ad esse in tali derogatione. 2. Causa autem diversa expostulatur in derogatione patron. laici, ac in derogatione patron. Ecclesiastici. Quia in derogatione patronatus laici derogatur privilegio oneroso, seu remuneratorio; in remuneracionem enim fundationis Ecclesie illius fundatoribus patronatus conceditur; quia illis conceditur, quia fundant, & sub conditione si fundent. At in derogatione Ecclesiastici patronatus gratiosum privilegium derogatur; cum totum privilegium ex gratia sedis Apostolicæ ortum habeat, non ex aliquo quasi contractu, & iure acquisito patronorum. Sed ad privilegium onerosi, & remuneracioni derogationem efficacior causa requiritur, quam ad derogationem gratuiti. Ergo maior causa expostulatur pro derogatione laici patronatus, quam pro derogatione patronatus Ecclesiastici.

Solum est dubitatio, quando censetur uterque derogatus? Quia in te pro certo statuendum est patronatum laicum nunquam censeri debere derogatum, nisi expressè illius fiat derogatio: sic ex communi sententia tradit Cou. pract. c. 36. n. 2. & §. 99. & doctores statim referendi. Ratio est, ne retentatur laici a fundatione Ecclesiarum, videntes prærogativas, & privilegia sibi concessa, ob quorum consecutionem proprias divitias consumpserunt, passim, & absque urgenti causa tolli, ideoque concilium d. sess. 25. c. 9. de reform. dixit patronorum iura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est.

Hinc infero non censeri derogatum huic patronatu in c. 2. de præbend. in 6. neque in reg. 8. Cancell. neque in qualibet alia continente clausulam generalem, qua omnia beneficia Pontifex reservat; tamen si dicat ad cuiuscumque presentacionem pertineat: sic Cou. alios referens. sup. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. cap. 2; quast. 2. Gonzalez. ad reg. 8. cancell. gloss. 18. num. 2. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 9. num. 36. Valq. opuscul. de benef. c. 2. §. 1. dub. 8. num. 24. Ratio est; quia hæc derogatio vt pote odiosa strictè interpretanda est; vt minus quam fieri possit; lædatur; cum ergo possit de solo patronatu Ecclesiastico intelligi, ita vt faciat hunc sensum, ad cuiuscumque siue Episcopi, siue illo inferioris; siue collegij, siue vniuersitatis presentacionem pertineat beneficium; sibi referat conferendum; nulla est causa ob quam astingamur derogationem ad laicorum patronatum extendere. Adde si patronatus sit alicuius Comitis, Marchionis, Ducis, alicuiusve Principis, oportere illius fieri expressam mentionem, neque sufficere, si dicat se reservare beneficium ad cuiuscumque presentacionem pertineat etiam laici. Horum enim ius fortius est, vt pote ipsi de Ecclesia benemeriti, ac proinde sub nomine illo generali laici non comprehenduntur: sic Cou. Valq. Lessius sep. Azor. 9. 9. Quia item ratione sub nomine generali cuiuscumque Principis in hac derogatione non comprehenditur patronatus Regis, vel Imperatoris ob eorum altissimam dignitatem: debebat enim eorum fieri specifica mentio, vt derogatum censetur: sic expressè Azor. sup. Supradicta procedunt de patrono laico, qui bona fide patronatum possidet, tamen vt verè patronus non sit, quia dum est in possessione presentandi, verè patronus est; & ius habet questum presentacionis, fructibus enim, & commoditatibus alienæ rei fruuntur bonæ fidei possessores: sic Cou. pract. quast. c. 3. n. 6. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. c. 23. q. 6. Valq. opuscul. de benef. c. 2. §. 1. dub. 11. n. 28.

Quod si ius patronatus laicum non sit, sed Ecclesiasticum, per generalem reservationem supradictam derogatum censetur. Ratio est; quia hoc ius clerico competit titulo Ecclesie; eo quod ex bonis Ecclesie beneficium est fundatum, vel ipsi à laicis concessum. Cum ergo Pontifex caput sit Ecclesie, & omnium Ecclesiasticorum superior, nullam iniuriam irrogat illius prælati, si iura illis competentia, ab ipsoque donata, vt sibi magis propria arroget, & exequatur; ac proinde per solam simplicem collationem beneficij factam à Pontifice sciente tale beneficium ad Ecclesiasticos patronos pertinere, derogatum est tali iuri: & ita tenet, aliis relictis Couar. d. c. 36. num. 5. Gonzalez gloss. 18. nu. 6. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 9. num. 36. Valquez opuscul. de benef. cap. 2. §. 1. dub. 8. num. 22. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. cap. 23. q. 2.

Difficultas autem est; an sius patronatus partim laicum sit, & partim Ecclesiasticum, quodque mixtum vocatur, censetur comprehendi sub reservatione facta cuiuscumque patronatus? Graues doctores censent comprehendendi; eo quod dignior pars tñahere ad se debet minus dignam; ac proinde reservatio Ecclesie, patronatus, vt pote dignioris, debet tñahere ad se laicum patronatum minus dignum, & faveat e. per suas. e. concingit. de arbitris. & tradit Staphil. de litteris grat. vi. de modo, & forma impetrandi. sed dubium est. n. 3. in parvis.

Nihilominus tenenda est contraria sententia, quia æquum non est ob societatem clerici laicum suo iure priuari. Neque dignitas clerici sufficiens est iura laici patronatus mutare, cum in presentacione clericus, & laicus æquale ius habeant, Neque